





1
2.
3.
4.
16
14
2.
3.
16
1.
2.
3.



1671.

1. Radorius, Georgius, fac. jur. decanus: Programma, quo solennia doctoralia Francisci Marquardi Eudes indicit.
 2. Radorius, Georgius: De absentia.
 3. Radorius, Georgius: De instrumentis.
 - 4, 6, c. Radorius, Georgius: De pecunia Austriaca
- 3 simpl. 1671. : 1676

1672.

1. Redeker, Henricus Radolphus: De assessoribus.
2 simpl. 1672 : 1755.
2. Redekerus, Henricus Radolphus: De actu judicia.
Et extremis, seu de executione
3. Libandus, Johannus: De fictio vitus.

1673.

1. Radorius, Georgius: De actione rehibitoria
2. Libandus, Johannus: De religione mandati
3. Waldenbergius, Christianus: De successione subordi-
naria.

1674.

1. Radonius, Georgius : Agere non valenti non currit
praescriptio.
2. Sibrandus, Johannes : De dominio maris.
3. Sibrandus, Joannes : Praescriptio dominus.

1675

1. Radonius, Georgius : Analytica expositio leg. 6.
Caus. quor. appellat. non recip.
2. Radonius, Georgius : De furtis

1676.

1. Lemcke, Jacobus : De obligatione dominorum
ex persona famulorum
2. Radonius, Georgius : De jure fratrum aequatorio
3. Radkerus, Hermann Radolphus : De jure cesso

1677.

1. Radonius, Georgius : De famosis libellis

1679

1. Libauder, Johannes: De juramento purgatorio in causa matrimoniali.

1680

1. Libauder, Johannes, fac. jur. Decanus: Programmata, quo ad Disputationem in reg. Hursei Eugenahagen iur. fat.
2. Libauder, Johannes: De intercessione mulieris pro marito

1682

1. Ansel, Andreas: De majoribus majestatis juribus.

1682

1. Lorenzkamp, Comes de Ruzenburg et Füllaustein, et bar. de Rippallykisch, Adam Ludovicus: Invenit ad Ad. Lud. Lorenzkamp et Encumia publica ad Ad. Lud. Lorenzkamp de majoribus majestatis juribus disputantem.
2. Radovic, Georgius: Programmata, quo ad Disputationem in reg. Hursei Conau iur. fat.

1682

3. Radovius, Georgius, fac. jur. Occam: Programm,
quo de Disputationem in reg. Johannis Alberti
Wesvii iuritat.

4. Radovius, Georgius: Utrum et quatenus gesta
a falso procuratore in sui favorem, finita
per sententiam instantia, obiectaque a parte
adversa iam de nullitate protestatione
pote[n]t rati habere?

5. Radovius, Georgius: De pueluum praestatione
ex lege 22 C. de rei vindic. exposita

ca,

tan

a

h 3







1534



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

24

De
**ACTIONE
REDHIBITORIA,**

16737
AA

Quam,
DIVINI NUMINIS ANNUENTE GRA-
TIA in illustri Varniaca,
DECRETO & AUTHORITY MAGNIFICI
JCTORUM ORDINIS

PRÆSIDE.

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLEN-
TISSIMO & CONSULTISSIMO

DN. GEORGIO RADOVIO,

J.U. Doctore & Profefs. Publ. Nobilissimo-
rum statuum, Ducatus Mecklenburgici, Syndico
meritissimo, & Facultatis Juridicæ DECANO spectabili
Dno. Promotore & Præceptore plurimum
colendo

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores impetrandi
publicæ disquisitioni subjicit

CONRAD RAHNE, Rostochiensis,
In Auditorio Majori

ad diem 9. Septemb. horis ante & pomeridianis

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Univerſitat. Typogr. Anno 16



DISPUTATIO JURIDICA
IN ACADEMIA
ACTIO
REDHIBITIO

DIVINI NUMINIS ANNUNTE GRA
DECRETO & AUTHORITY MAGNIFICI
CTORUM ORDINIS
P. S. S. S.

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLEN
TISSIMO & COMMISSISSIMO
DN. GEORGIO RADOVIO

J. U. Doctor & Prof. Publ. Nobilissimo
cum sacrum, Ducatus Mecklenburgici, Syndico
meritissimo & Facultatis Juridicae Decano spectabilis
Dno. Promotore & Praeceptore plurimum

PRO LICENTIA
Summus in iure honoris imperatoris
publice dignitatis Sacerdotis
CONRAD RAHNE Rostochensis

In Auditorio Majori
ad hunc diem & horam ante & pomeridianam
ROSTOCHII Typo JOHANNIS KIELI, harenhae Typog. Anno





I. N. J.

Praefatio.



Um bonæ fidei contractibus, inter quos primum ferè locum sibi vendicat contractus Emptionis & Venditionis, nihil magis adversetur, quam læsio alterius contrahentium *arg. l. 3. §. ult. ff. pro soc. l. 5. C. de rescind. vendit. junct. l. 36. d. V. O.* Gentesq; omnes & Respublicæ benè constitutæ eò semper respexerint, ut ingenuè homines contraherent, neque alter alterius sive fraude sive ignorantia laderetur. *Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 6. artic. 11. n. 1.* Hinc Romani, utpote juris Gentium & æquitatis strenui Sectatores & Cultores nec in hæc re, cum fraudes & mendacia in hoc contractu multiplicarentur, suis partibus defuerunt, sed multis actionum remediis propositis fallacias refrenare atque proinde varia pro rescindendis Emptionibus Venditionibus, ad reprimendam malorum hominum audaciam, introducere operæ pretium duxerunt. Inter quæ præ aliis, æquitatis fundamentò nititur *Actio Redhibitoria*, quam in præsentì nostrâ disputatione breviter delineare constituimus.

Thes. I.

Dicitur hæc actio redhibitoria à redhibendo, quia emptor rememptam redhibet. Est autem redhibere, facere, ut rursus habeat venditor, quod habuerat; quoniam verò reddendo id fiebat, idcirco Redhibitoria appellata est quasi redhibitio sive reditio *l. 21. pr. de adit. Edict. l. 9. de alien. jud. mut. caus. & sumitur redhibitionis vocabulum vel latè includens omnes actiones ex Edictio Edicto promanantes arg. l. 19. §. 2. in f. h. r. vel strictè quatenus significat specialem aliquam actionem quæ ad Edictum se habet, ut pars ad totum.*

Th. II. In hoc significatione strictiori, quo nobis nunc accipienda est, cum *Dn. Rovestrunk in tractatu suo eleganti de redhibitorio judicio Equestri c. 1. n. 1.* Actionem hanc Redhibitoriam *definimus* vel potius *describimus*, quod sit actio Edilitia arbitraria, quæ ob rei venditæ aut

A

per-



permutatae morbum vitiumque nocivum traditionis tempore occultum & latens: vel ob non praestita promissa & accessiones vel cautionem, ad resolutionem contractus & quasi ad restitutionem agitur. *l. 31. §. 17. 18. 19. l. 21. l. 23. §. 4. l. 45. ff. de Edict. edict. l. 1. C. de edit. act. l. 13. ff. de act. empr.*

Th. III. Arbitrariam in *prae. th.* hanc dixi actionem per §. 31. *Inst. de act.* praestandum enim est emptori & venditori quicquid ex bona fide est. *l. 51. pr. ff. h. t. Zas. ad d. §. 31.* ratio est; si enim venditor rei morbosae, iussus non restituat pretium & accessiones, juratur contra illum in litem ex iudicis arbitrio. *l. 45. ff. h. t. Menoch. de A. J. Q. lib. 1. quest. 5. n. 25.* & sic propter contumaciam haec actio ad duplum tendit & quasi poenalis videtur. *d. l. 45. §. 12. §. 4. cod.*

Th. IV. *Dividitur* plerumque a DD. haec actio in *directam* quae ex verbis & sententia Edicti de Mancipiis & omni animali vendito, caeteris paribus, datur *l. 38. §. 5. §. 1. 48. §. 6. h. t.* & in *utilem* quae ex interpretatione Jctorum, quae pro lege servanda, §. 8. *Inst. de I. N. G. §. C.* fuit, & per quam agitur de omnibus caeteris rebus mobilibus inanimatis, & immobilibus, si forte sint ejusmodi, ut propter vitium eas habere emptas minus expediat. *l. 1. pr. §. 1. 63. ff. h. t. v. g. si libri mendosi & imperfecti sint DD. in l. 1. pr. §. 1. 4. §. 3. h. t.* si fundus pestiferus sit vel herbas pestiferas ferat. *l. 49. ff. h. t. l. ediles in fin. ff. de via publ. l. 2. §. idem ait ff. ne quid in loc. publ. l. 1. §. 1. de Cloac. add. th. 13. infr.*

Th. V. Quoad *causam Efficientem Remoram* tenendum est, quod introduxerint hanc actionem peculiare quidam Romanorum Magistratus ab aedium cura sive quod aedes sacras privatasque curarent ut Varro ait lib. 4 de ling. lat. sive quod aedibus praessent, in quibus omnia scita sua plebs deferebat, uti vult Pomponius in *l. 2. §. 21. de orig. jur.* Aediles, & ad differentiam Aedilium Plebis & Cerealium, Curiales, *C. Ar. th. 3. h. t.* vel a curribus eburneis quibus ob urbis amplitudinem & viae longitudinem insidere, vel a Curibus Sabinorum oppido, ut alii rectius forte volunt, dicti, ad quorum officium inter alia, de quibus prolixius agit *Antho. Thysius Antiquit. Rom. c. 13.* quoque pertinebat cura rerum venalium. *Cicero lib. 3. de leg. Ex eo Wesenb. tit. de edil. Edict. n. 1. de quarum sinceram permutatione speciale Edictum ab ipsis authoribus Aedilicium appellatum, propositum, ulteriorique Jctorum interpretatione declaratum extat tit. de Edil. Edict.* Ex quo certis actionum remediis succurrere voluerunt emptoribus sive fraude sive culpa venditorum
lexis.

læsis. l. 1. §. 2. d. t. Convenienter profectò naturali æquitati, cum ex
justitiã commutativa, cui omnes contractus subjacent. *Aristot. 5.
Ethic. c. 4. 5. 7. 8. Habn. ad Wesenb. tit. de Just. & Jur. venditor re-*
rum venditarum vitia emptori manifestare teneatur, etiamsi non
sint circa substantiam sed circa qualitates alleg. Habn. ad Wesenb. de
Ædil. Edict. in fin. meritoque sic contra ob venditoris reticentiam,
læsus fuerit emptor; quia hic contra naturam istius justitiæ emptor
minus, venditor verò plus capit, correctione & ad æqualitatem re-
ductione opus est. vid. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 1. th. 24. &
seq. Habn. in not. ad Wesenb. tit. de just. & Jur. n. 10.

Th. VI. *Intermedia causa* hujus actionis est contractus em-
ptionis & venditionis l. 23. §. 4. §. l. 63. b. t. Quamvis enim nec Jure
Civili venditori licuerit emptorem hoc modo lædere; sed meritò
actio ex empto ad interesse competierit. l. 11. §. 3. §. l. 13. de act. empt.
Illa tamen actione, ad rescindendum contractum agi non poterant,
forsan quia credebatur ex empto actionem ad implendum contra-
ctum potius quàm ad rescindendum comparatam esse. *Struv. syn-*
tagm. Jur. Civ. Exerc. 27. th. 12. Postea tamen placuit ex interpreta-
tione Jctorum, ut, si opus esset, etiam actione empti ad resolvendum
contractum ageretur. l. 11. §. 5. de act. empt. l. 6. §. 1. ff. de contr. empt.
Sed quia illa generales tantùm casus haberet, in hoc autem contractu
fraudes & mendacia multiplicarentur ut illis eò magis fibula injiceret-
ur; Ædiles de vitiis rerum proprias constituerunt actiones. in l. 1.
§. 1. §. l. 38. de Ædil. edict. Edictum tamen postmodum rectè ad alios
quoque contractus onerosos, ex quibus, si traditio fiat, dominium
transferretur & ubi quis de evictione tenetur, vel ad negotia instar em-
ptionis se habentia, Jctorum interpretatione extensum, indeq; actio
Redhibitoria etiam dari capit in permutationibus, divisionibus, da-
tionibus in solutum. l. 19. §. 5. de Ædil. edict. ibiq; DD. Ad locationem
conductionem verò illa quantumvis Emptioni similis, iisdem juris re-
gulis consistere dicatur. in l. 2. ff. loc. conduct. & pr. instit. eod. produ-
cta non fuit l. 63. ff. de Ædil. edict. tum quia conductor accipit usum
rei & non rem. l. 5. ff. naut. caup. stab. & cum redhibitio sit in pristi-
num statum re positio. l. 60. ff. b. t. non mirum si locatio in Edicto
non comprehenditur, quia cum rem non habeat, illam reddere
non potest. l. 23. §. 1. ff. b. t. tum quia satis cautum est conductori,
tum quia locationes sub exigua mercede & ad breve tempus fieri so-
leant,

26
zeant, ut proinde bonus paterfamilias non consuecat utendum, cum periculum sit, ne in pejus incidat & pereat. *Peretz. ad tit. C. de edil. act. n. 9.* interim tamen in locatione ad longum tempus hanc sententiam limitant *Caball. in tr. de edil. edict. cap. 2. n. 11. Balibaf. tit. 6. Resol. Bavar. 4. n. 6. Cujac. 12. obs. 28.* qui vult non parvam esse rationem producendi ædilitii edicti ad illum contractum, & *Dn. Brunn. ad l. 63. n. 2. hoc exemplificat ex Mew. p. 2. dec. 380.* In donatione autem actionem redhibitoriam nullum locum sibi vindicare minus dubii habet. *l. 62. ff. de edil. edict.* quia donatarius ex ipso contractu non damnificatur: ne eo casu liberalitatis suæ, pœnam patiatur donator, quo collimat vulgare dictionem; Equi donati dentes inspicere non oportet. *Sinem geschenehem Gaul sol man nicht sehen ins Maul. Peretz. in tit. C. de edil. act. n. ult. Wilhelm. Rovestrunck. tract. de Redhib. jud. Equestri c. 2. n. 2. Caball. de edil. act. c. 2. n. 6.* De dolo tamen donator se obligare debet & solet, ne, quod benignè contulerit, fraudis consilio revocet, v. g. si quis sciens alienum donavit ab actione doli immunis non est. *all. l. 62. Caball. & Rovestr. all. loc.* Sic quoque si donatio inciperet à promissione, quia tunc de evictione teneretur, hanc actionem dari post *Cepoll. ad alleg. l. 62. n. 7.* vult *August. Barbosa ad l. 1. C. b. t. n. 8.*

Th. VII. *Causa efficiens proxima est delictum*, idque iterum habet causas communes & generales *Dn. Struvius Syntagm. jur. Civ. Exerc. 27. th. 5. Hahn in not. ad Wesenb. tit. d. edict. edict. n. 3.* Illarumque sunt tres juxta *Gorbofr. ad rubr. h. t. lit. b. (1)* Reticentia morbi aut vitii, si de eo emptor non fuerit certior redditus, sive venditoris calliditate *l. 14. §. 9. §. l. 38. pr. ff. de edil. edict.* sive ejus ignorantia *l. 1. §. 1. eod.* Cum enim venditor rei venditæ vitia nota habere potuerit & debuerit *d. sext.* ignorantia hæc excusationem non præbet; sed potius pro culpa reputanda est, & hic distinguendi sunt tres casus principales, (1) aut scivit tam emptor quam venditor, & tum quia emptori, ut volenti non fit injuria, non competit actio ulla *l. 1. §. 6. l. 31. ff. de pact.* (2) aut uterque ignoravit & tunc tenetur venditor *l. 1. §. 2. b. t.* modò damnum intrinsecum sit quod ex morbo provenit, ubi nulla distinctio inter scientem & ignorantem, nam si damnum extra rem sit consideratur scientia *l. 13. pr. ff. de act. empt. Barr. ad l. 1. C. de edil. act.* Sic & tunc prodest ignorantia venditori, quando pactus est ne de ullo vitio teneretur. *l. 31. de*

l. 31. de pact. l. 14. §. 9. h. t. Hillig. in Donell. lib 15. (3) aut venditor scivit & tenetur non tantum ad refundendum pretium sed ad omne etiam interesse. *l. 13. pr. ff. d. act. empt. & l. 1. in fin. C. h. t. l. 23. §. 8. ff. eod. & stat. Lub. l. 3. t. 6. art. 14.* hoc casu superaddit multam arbitrariam in publicum solvendam *Mev. add. loc. num. 16.* Quamvis etiam in casu scientiæ & ignorantia statuta locorum non sine ratione à jure communi recedant. *vid. lib. 7. tit. 6. art. 11. jur. Lubec. ibique Mev. n. 10. & 11. junct. quest. prima prelim. n. 56. & aliquot sequentes* (2) Promissi non servatio, vel ex promisso si rem venditam fore sine vitio aut morbo (non quidem jactandi aut commendandi solum sed præstandi gratiâ) promiserit aut affirmaverit venditor & non præstiterit *l. 17. §. ult. l. 18. pr. l. 19. pr. & §. 1. 2. 3. ff. h. t. vel etiam ex conventionem de reddendo si ita conventum ut nisi placuerit intra definitum tempus redhibeatur. l. 31. §. 22. ff. de edil. edict.* Hic verò notandum quod generales promissiones quandoque venditorem non obligent, si nimirum ita in promptu sit aliquod vitium, ut id emptor non ignoraverit. *l. 43. §. 1. de contr. empt.* (3) causa est denegatio cautionis si venditor volenti emptori cavere nolit de iis quæ in rebus venalibus edictum repromitti jubet *l. 17. l. 28. ff. de edil. edict. & l. 31. ff. de evict.* hicque non quidem ob vitium de quo non constat; Sed ob non præstitam cautionem agitur ad redhibendum *add. d. l. 28.*

Th. VIII. Ad harum communium causarum unam vel alteram referri etiam possunt; causæ speciales, quæ in specie concernunt Mancipia vel jumenta, v. g. *ad illa spectant*, si noxæ deditiois subjacet servus, idque reticuerit venditor. *l. 1. §. 1. h. t.* Si veterator pro novitio veneat. *l. 27. vel talis sit qui omnino manumitti nequit. l. 17. §. 19. ff. de edil. edict.* *Ad hæc respiciunt*, si venditor non tradiderit ornamenta, quæ in venditione cum jumento monstravit *l. 38. ff. eod.* Unde sequitur venditorem equum cum ornamentis sc. sellâ & frânò, ostendentem, ita ornatum etiam tradere aut redhibitionem pati debere. *Gothof. in d. l. 38.* Nisi vel consuetudo loci in contrarium sit, vel conventionem sibi prospexerit venditor. *Gloss. in d. l. 38. §. reddendi. Rovestr. c. 6. n. 3.* Aut venditor docet se jumentum itineris non vendendi causa ita ornatum habuisse *d. l. 38. §. 11.* Caterùm si plura mancipia aut jumenta sint vendita in uno reperto vitio gravi, possunt ambo redhiberi, si sc. ad certum

usum fuerint conjuncta, nec interest siue unum pretium pro omni-
bus siue pro singulis certum sit datum. *l. 38. §. 14. b. t. v. g.* si ut paria
bey Paaren/ siue ut triga ut quadriga, ein Joch Ochsen oder ein gespann
Rutschpferde / sint vendita, nam res sunt tunc ita annexæ, & una ita
absque alia ministerium debitum vix præbere potest; Sin res ad
certum usum non sunt conjunctæ *Bern: Schotzn. in exam. jurid. b. t.*
cum nonnullis Dd. distinguit, utrum per auersionem pretium pro
omnibus sit constitutum, & sic una sit venditio, adeoque tunc omnes
vel redhibendæ vel retinendæ, aut pro singulis separatim datum sit
pretium, & tunc quædam res redhiberi potest, si modò res commo-
dam separationem admittat. *l. 35. §. 38. §. fin. b. t. l. 36. l. 34. h. Caball.*
c. 2. n. 50. Brunnem. ad d. l. 34. b. t. Licet dissentiant alii, qui indistinctè
statuunt rem redhiberi posse habitâ ratione bonitatis atq; æstimatio-
nis à judice faciendæ *Cujac. in l. 34. ff. b. t. tom. 2. pag. 1968. Balthaf.*
in d. l. n. 14. in fin. per l. 36. b. Berlich. decis. 77. n. 5. Aliud etiam est in
hereditate ubi non nocet quasdam res esse vitiosas, quia venditor he-
reditatis non tenetur de evictione, si singulæ res sunt evictæ *l. 2. ff.*
de hered. vel act. vend. l. 1. C. de evict. ubi autem evictio non habet
locum ibi nec redhibitio. *Trentacing. lib. 2. Resol. tit. de empt. Resol.*
11. n. 1. nisi contrarium sit actum v. g. si quis non solum hereditatem,
sed etiam bona hereditaria vendiderit arg. d. l. 1. C. de evict. Balthaf.
sic. 8. Resol. 7. n. 15.

Thes. IX. Subjectum est vel agens vel patiens: Sub illo ve-
niunt omnes qui possunt hac actione agere & morbosum animal a-
liamvè rem vitiosam emerunt ignorantes; uti & eorum heredes, cum
actio regulariter sit rei persecutoria. l. 31 §. 5. b. t. ii enim, intellecto
hujusmodi morbo vel vitio si non erant ullo modo comparaturi, ha-
bent hanc actionem, quod si plures singuli partes ab uno emant: tunc
pro parte quisque eorum experitur; sed si in solidum emant, unus-
quisque redhibitoriam exercere potest. l. 31. §. 16. in fin. h. Oldend.
class. 4. act. 2. n. 4. Si verò plures sint heredes emptoris & velint a-
gere redhibitoria omnes consentire & unum dare procuratorem de-
bent. *d. l. 31. §. 5.*

Th. X. Sic ex facto servi vel mandatarii etiam dominus ha-
bet quandoque hanc actionem, vel non, nam si mandatum de certo
aliquo jumento aut mancipio conceptum sit, quia hoc casu servus tan-
tum ministerium hic præbet, domini verò ignorantia spectanda sit,
rectè

rectè hic agit: Eodem modo se res habet, si culpa procuratoris (specialis scilicet ad rem) res empta deterior facta sit, ut dominus teneatur de damni illius emendatione. *l. 1. §. 1. Et l. 25. §. 1. 3. 4. l. 51. pr. Et §. 1. b. t. junct. l. 15. de constit. pecun.* Servus tamen si sciverit, dominus ignoraverit rem esse vitiosam, servi scientia spectatur & domino nocet; si ignoraverit servus dominus sciverit, non tenetur venditor. *l. 51. pr. b. t.* Si verò ignorans procurator emerit, ipse rectè agit redhibitoria, licet dominus sciverit *d. l. 51. §. 1. Struv. tb. 5. Exerc. 27.* quia hic non nisi per cessionem actio in dominum transfertur, unde rectè *in fin. d. l. exceptio ex persona domini contra eum negatur.* Cujac. *in tr. ad. Afric. Et in hanc legem p. 545. Bacch. vol. 2. disp. 2. tb. 3. lit. C.*

Th. XI. Non datur tamen actio hæc ei, qui venditorem æquivalenti dolo petiit, quia dolo dolo compensari potest. *l. 3. §. 5. ff. de eo per quem. fact. est.*

Th. XII. Sub hoc venit quivis, in quem datur nostra actio qui se vendidit vel per se, vel per alium *l. 23. §. 4. b. t. jumentum, mancipium aut quamcunque tandem rem vitiosam; ubi autem plures sunt socii qui vendiderunt, datur actio in eum, cujus maxima pars aut nulla parte minor in venditione est. l. 44. §. 1. b. t.* Ratio est quia plerumque Venalitarii ita societatem coeunt, ut quicquid agant in commune agere videantur, & ne emptor cogatur cum multis litigare. Si itaque minorem partem quis habeat tantum pro sua portione potest conveniri ut vult *Caball. alleg. tract. c. 2. n. 44* Quod secus est jure novissimo *Aurb. hoc ita C. de duob. reis stipul.* Item competit in heredes venditoris *l. 48. §. 5. l. 19. §. pen. l. 23. §. 3. b. t.* & adversus fidejussorem si se. in universam causam sit acceptus *l. 56. eod.*

Th. XIII. Deveniam nunc ad objectum & sunt res quæ in redhibitionem veniunt, & ex edicto ædilitio primitus solum erant vendita vitiosa mancipia, aut jumenta, & postea ex ipsorum ædiliæ productione omnis generis res animata *l. 1. Et §. 8. §. 5. l. 48. §. 6. b. t. stat. Lub. lib. 3. tit. 6. art. 14.* ex interpretatione & extensione Jctorum verò omnes etiam res inanimata mobiles & immobiles principales & accessoria *l. 1. pr. Et l. 63. ff. b. t. l. 31. §. fin. l. 32. 33. d. t. stat. Lub. all. lib. 3. t. 6. art. 15.* Quo pertinet. E. G. Das Silberwerck dessen jedes Mareck nicht 14. Loth seines Silbers helt und die Probe nicht hat. *Ord. Pol. Imper. de Anno 1548. rubri 35, Et de Anno 1577. tit.*

36. *Ord. Pol. Mecklenburg. de Anno 1572. rubr. Goldschmiede & Civit. Rostock. de Anno 1576. ead rubr.* Sed quantum hodie ab hac ligâ per Aurifabros temerariò ausu recedatur, experientia docet. Item, *der gefälschte Wein / R. J. zu Freyburg Anno 1497. Rubr. 2.* So man den Wein ablassen wolte. *Ord. Pol. Anno 1548. rubr. 16. R. J. August. Anno 1500. tit. 32. Ord. Pol. Anno 1577. tit. 16.* Item extenditur ad pannum *R. I. August. Anno 1500. tit. 23.* die Bücher soll man genes und geschoren verkauffen *Ord. Pol. Anno 1577. tit. 21. §. 3. Jus Lub. lib. 3. tit. 6. art. 11.* Ad aromata, inutiles species aut materialia pharmaceutica. *Ord. Pol. de Anno 1543. tit. 33. R. I. de Anno 1551. §. 85. & seqq. Ord. Pol. Francof. Anno 1577. tit. 24.* Ad libros inutiles Bücher so defect haben / und verboten seyn. Ad fundum pestiferum, ad domum aërem insalubrem habentem *Oldend. Class. 4. act. 2. pag. 415. vid. th. 4. supra.*

Th. XIY. Sic actio hæc non tantùm ad venditas vel ex alio simili contractù translatas res vitiosas pertinet, uti supra ex *th. 6.* patescit, sed etiam sibi vindicat locum in feudis. *Baldus in l. 2. C. de adit. act.* quia ut plurimum conferri solet propter benemerita, vel titulo oneroso, rarò ex gratiâ, ut communiter Feudistæ in *2 F. 1.* tradunt. Idem assero, propter paritatem rationis in Emphytensi per eam enim transfertur Dominium utile. *l. 1. C. de jur. Emphyt. modo facta sit ejus concessio titulo oneroso; non lucrativò. arg. l. 62. ff. de edil. edict. Coll. Arg. th. 21. h. t.*

Th. XV. Interim tamen suas vires amittit in venditionibus fiscalibus *l. 1. §. 3. b. t. & simplariis i. e. rebus vilibus l. 48. §. fin. b. t. ibique Gothof.* non etiam in venditionibus pupillaribus & civitatum. *d. l. 1. §. 4. & 5.* Contractus enim Civitatis non est contractus ficalis. *Bald. ad l. prædium in fin. C. de edil. act. junct. l. 16. ff. de V. S.* hoc enim fisco singulariter, ut privilegium, propter autoritatem, hæcæ ficalis, quam facile convelli propter utilitatem Reip. non convenit. *l. 8. C. de remiss. pignor. est concessum, adeoque extendi non potest. l. 14. & seqq. ff. de LL.*

Th. XVI. Circa formam hujus actionis occurrunt requisita ejus tùm proponenda tùm probanda. Constituuntur verò à Dd. communiter ejusmodi quatuor. *Primum requisitum est, ut intervenerit vel venditio (generaliter hoc verbo accepto) l. 1. in pr. aut permutatio vel similis contractus l. 19. §. 5. ibid. traditioque rei venditæ*

venditæ facta sit, [daß die Lieferung geschehen] arg. l. 44. §. 2. d. t. ut enim aliquid reddatur ; aliquid prius traditum sit , necesse est , cum privatio præsupponat habitum Everb. in loc. Top. leg. 20. à privat : ad habitum n. 1. & seq. Unde sequitur , quod venditâ quidem , & non traditâ re , si morbi occulti aut promissi defectus emptor ignorans ante traditionem pretium b. f. numeraverit , postea cognito morbo aut promissi defectu non hâc ; sed actione ex empto pretium repetat l. ex emp. 11. §. 6. ff. de act. empr. post traditionem verò si mortuum sit jumentum vel mancipium , reddi potest , quia casu , non culpa emptoris hoc factum est & ex postfacto non decrescit obligatio per mortem. l. 38. §. 3. & l. 47. §. 1. & l. 48. pr. h. t. Sin autem suo facto emptor fecit ne res exhibeatur , evanescit hæc actio. d. l. 47. pr.

Thef. XVII. Secundum requisitum est , ut res sit vitiosa l. 4. §. 3. b. t. sitque vitium sive morbus [sic enim promiscuè sumimus hæc vocabula in præsentî argumento , pro affectu præter naturam notabili , usum ministeriumque hominis aut jumenti aut rei in totum impediente vel multum incommodante per l. 1. §. 1. §. 7. & 8. l. 4. §. fin. l. 5. l. 10. ff. de edil. edict. Wes. in part. h. t. n. 9. Molin : tr. 2. de J. & J. disp. 353. v. 22. Brunn. ad l. 1. §. 7. num. 6. b. t. cum accuratè loquendo inter hæc differentia sit. vid. l. 10. §. 2. ibique. Gæddens ff. de V. S. Paul : Zacchias quest. Medico-legales. tit. 3. q. 3. n. 15.) corporis , vel simpliciter talis , e. g. in mancipiis , febris continua , vel tertiana vel quarzana , Podagra l. 53. junct. l. 1. §. 8. b. t. Si quis sit myops übersichtig l. 10. §. 3 eod. si mulier arcta l. 14. §. 7. aut bis in mense purgatur. l. 15. eod. vid. plura apud DD. & tot. tit. de edil. edict. & Coll. Argent. 16. 11. vel mixtus , simulque ad animum penetrans & respiciens , uti furor & dementia in fanatico aut phrenetico vid. l. 1. §. 9. 10. junct. l. 4. §. 1. 3. de edil. edict. & morbus comitialis vulgò die fallende Sucht / das Schwere item heilige gebrechen / d. l. 53. b. t. Animi verò vitia , quatenus per ea non impediatur usus ministerii nec corpus inutilereddant , qualia sunt v. g. timiditas , avaritia , iracundia , melancholia l. 1. §. 8. & fin. l. 2. b. ad hanc actionem , ex primo Edicti capite non pertinent. l. 1. §. 10. l. 4. §. 3. b. t. Hahn, in not. ad Wesenb.

senb. n. 6. b. t. quamvis ob animi vitia ex empto, si venditor sciens reticuerit, agi possit. l. 1. §. 9. 10. l. 4. pr. §. 4. eod. Zacch: p. 3. quest. medico-leg. q. 1. n. 2. Caball. d. c. 2. n. 28. nec ipsum ad secundum caput Edicti sit applicandum, cum in iumentis etiam animi vitia v. g. recalcitrare, sine causa facile turbari, cornu petere, attendantar l. 43. b. Brunnem. ad parat. Wesenb. quest. 14. b. t. & in l. 1. §. 9. n. 8. ff. eod. Excipiuntur etiam vitia animi in mancipiis, propterea redhibitio potest contingere (1) Si animi vitia in conventionem & promissionem deducta & abesse promissa sint l. 4. §. 4. b. t. (2) Si servus erro (i. e. qui saepe sine causa vagatur & tempore in res nugatorias consumptò serius domum redit) sit, l. 17. §. 4. b. t. (3) Si servus sit fugitivus i. e. qui eà mente discedit ne ad dominum redeat. l. 17. in pr. §. 1. 2. 3. & seqq. b. t. si modò ante venditionem fugiendi animum habuerit l. 54. ff. §. 1. 3. C. b. t. vid. plures limitati: in Coll. Argent. th. 14. b. t.

Thes. XVIII. Dum asserui, quod vitium oporteat esse notabile rei que usum impediens, excludo nimis levia vitia, e. g. levem febriculam, vulnusculum. l. 1. §. 8. junct. l. 4. §. fin. l. 5. l. 10. §. 2. b. t. add. Coll. Arg. th. 15. Ob quodvis enim leve vitium, contractum annihilare est contra mentem legislatoris. l. 54 de contra; empt. nec redhibitoria actio ut rescissoria, quia contra jus Civile data (rescindit enim quod jure civili erat ratum) temerè est concedenda. arg. l. 10. §. 11. ff. de dol. mal; sic etiam, si sciverit emptor vitium, nulla ipsi competit actio. vid. th. 7. supra.

Th. XIX. Tertium requisitum est, ut vitium sit latens, & internum nec tempore venditionis apparens, adeoque emptor ex inspectione scire non potuerit. l. 1. §. 6. l. 14. §. fin: in vitiis enim externis, conspicuis & in sensus incurrentibus, quæque ex signis deprehendi possunt actio redhibitoria cessat ad. text. Carpzov. p. 2. c. 34. d. 16 Mev. p. 4. d. 59. adeo ne venditor, etiam si sciat manifesta vitia, exprimere ea teneatur. d. §. fin. §. 1. de contra empt. Si tamen emptor per supinam vel simplicitatem vel negligentiam sive incuriam nesciat,

ciat, venditor verò sciat, hujus dolum latæ culpæ præpondera-
 re, & sic dari actionem ædilitiam certum est *arg. l. 19. de R. I.*
Caball. c. 2. n. 23. Bald. d. l. n. 8. Brunn. ad. l. 1. §. 6. h. t.
 Quæ autem sunt vitia conspicua exemplis declarat *Paul.*
Zacch. supra d. loc. : q. 4. & seqq. & Kovestrunck / d. tract. c. 4.
 Inrer talia manifesta vitia etiam referri solet morbus ille su-
 um (vulgò die Finnen) ob quem ideo redhibitori locum non
 esse decisum referunt *Coler. part. : 2. decis. 228. n. 9. Carpzov.*
J. F. R. S. p. 2. Const. 34. def. 16. quod multò magis in lanione
 emptore procedere tradit *Mev: ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 6. art.*
15. n. 8. & quoad hunc Dn. Brunnem. in l. 14. §. pen. h. t. huic
 ad stipulatur, aliàs non, cum nemo cuique emptori persuase-
 rit semper in emptione pecorum lanionem esse adhibendum,
 qui os apperiat, unde plerumque donec constet an porcus ma-
 standus laniis laborare deprehendatur, ex conventionione pretium
 emptor retinere solet.

Th. XX. Ne tamen contra *l. 54. ff. de contr. empt.*
 ob quævis vitia interna, qualia in jumentis & animalibus de ju-
 re certè varia sunt, v. g. cornu petere *l. 43. in pr. ff. h. t.*, recal-
 citrare, sine causa facilè turbari *d. l. si sint pavida, mordacia,*
calcitrosa l. 4. §. 3. eod. contractus retrahatur, elegerunt sibi
 quadam Reipubl. ac provinciæ certa vitia, quæ licet specialiter
 de iis in venditione non sit conventum, neque expressè sunt
 exempta, sunt præstanda. Ita enim in jure Saxonico hæc tria
 ad cautionem ejus, qui equum vendit, sunt exempta [1] Si e-
 quus retrogradus, stetig. (2) latenter cæcus star-Blind / [3]
 Scabiosus, Haarschlechtig / Weichbildt. *art. 97. Coler. p. 2. decis.*
22. n. 17. Carpzov. p. 2. c. 34. dec. 17. Richter decis. 95. n. 30. ubi
præjudiciis confirmant. Juxta reformationem Reipubl. Fran-
cofurt. part. 2. tit. 9. §. 4. de quatuor vitiis venditor tenetur,
 daß es nicht sey (1) geraube oder gestolen. (2) Haarschlechtig.
 (3) Stetig (4) Heupfisch / Mohnangig oder Koxig. *Reforma-*
tio Norinbergensis. lib. 4. tit. 16. §. 1. tria expressit (1) Koxig.
 (2) Keudig / (3) Haarschlechtig. *Ex statut. Lubecensi quod &*
Rostochii attenditur Tria vitia sunt præstanda (1) Anbrüstig /
 B 2 2. Stedisch

(2) Stedisch / (3) Schächisch. *Jur. Lubec. lib. 3. tit. 6. artic. 17.* hæcque ideò, cum præ cæteris sunt invisibilia & mutabilia & vulgò Wandelbahr dicantur. Hæc autem particularia vitia ita sunt intelligenda, ut venditor ex ignorantia alia vitia reticens tantùm non teneatur: Nam si alia vitia sciverit & fraudulenter celaverit, aut sine vitiis laudaverit, adhuc redhibitionis locus erit. *Richter all. decis. 95. n. 30. Mev. ad. jus Lub. lib. 3. tit. 6. artic. 17. n. 6.*

Th. XXI. Aliter se res habet in cæteris animalibus, v. g. in bove qui postea macatus si deprehendatur morbosus, ita ut caro ejus sine periculo comedinequeat; redhiberi potest sive venditor morbum sciverit, sive ignoraverit *Carpz. part. 2. c. 34. defin. 15. add. ib. 7. supra.*

Th. XXII. Quartum requisitum est ut læsus sit emptor ex una causa Edicto comprehensa propter vitium, quò tempore venditionis res jam fuerit affecta, l. 1. §. pen. l. 58. §. fin. ff. h. t. quod ubique, quia non præsumitur, ab emptore est probandum. l. 4. de probat. *Peretz. in tit. C. de ad. act. n. 4. Struv. in Syntagma. jut. civ. h. t. th. 5. Carpzov. Jurispr. forens. p. 2. const. 3. defin. 18.* Non admodum autem difficile hoc erit emptori adhibitis rei peritis colligere ex circumstantiis. *Peretz. in C. d. loc. Fruntzk. in ff. h. t. n. 68. Cabal. all. tract. t. 2. n. 5. & 26.* Nam si animal venditum intra triduum aut brevius tempus fortè interierit, præsumitur morbus, nisi aliud ex integritate viscerum possit dijudicari, venditione antiquior, scilicet quando morbus est occultus. *Bald. in l. 1. C. de edil. act. & ex eo Hahn. in not. ad Wesenb. h. t. n. 6. Oldend. clas. 4. act. 2. pag. 414.* secus si intra longius tempus facta jam traditione appareat. *Carpz. all. loc. def. 18. n. 4.*

Th. XXIII. Huic requisito quò actio hæc eò melius locum habeat, Prædici addere solent, ut emptor juret, si non remittatur, se empturum hanc rem non fuisse, si vitium scivisset *Balthaf. d. res. 4. n. 17.* petaturque restitutio pretii & ut venditor

ditor accipere jubeatur rem venditam. *Scacc. de commerc. §. 1. g. 1. n. 482. Barbosa ad l. 1. n. 9. & seqq. h. r.* Formulam ipsam agendi exhibet *Oldend. Clas. 4. art. 2.*

Th. XXIV. *Finis & effectus actionis*, qui invicem hic ferè concurrunt, sunt, ut occurratur fallaciis Vendorum & subveniatur Emptoribus. *l. 1. §. 2. h. r. l. 37. & 38. §. 2. eod.* utque relicta venditione omnia in integrum restituantur *l. 23. §. 1. 7. l. 28. l. 27. l. 31. §. 1. l. 60. h. r.* Et cum à parte emptoris, hoc rescissorium negotium incipiat *l. 25. §. fin. h. r.* primo loco sunt numeranda quæ ab emptore sunt redhibenda venditori, qualia sunt [1] Individuum ipsum sive eandem in specie rem, quam emendo vel permutando accepit, nec deteriolem quàm traditionis tempore fuit, restituat, & si forsàn res aliquatenus per dolum & culpam vel ab ipso emptore vel ejus familia aut procuratore deteriorata fuerit, id judicis arbitrio æstimetur & venditori solvatur *l. 23. pr. l. 25. pr. §. 5. 6. l. 43. §. 8. ff. eod.* nisi solius vitii occasione vel casu deterior facta sit, vel etiam planè interierit *l. 38. §. 3. l. 47. §. 1. cum l. seq. h. r.* (2) Accessiones non solum quæ ante L. C. emergunt, sed etiam quæ post *l. 25. §. 8. ff. h. r.* & non solum veniunt illæ accessiones quæ perceptæ fuerunt; sed etiam quæ percipi potuerunt, quia hæc restitutio auctoritate legis sit *l. 23. §. 9. eod.* & tradita ornamenta quibus in ipsa venditione mancipium aut jumentum fuit ornatum: e. g. si equus sit venditus, frænum, ephippium & similia restituantur *d. l. 23. §. 1. l. 33. §. 1. l. 38. §. 1. & §. 11. l. 1. ibique Gloss. eod. Rovenstranck. c. ult. n. 11.* [3] Acquisita per operas jumenti aut mancipii & fructus sc. si quid natum fuerit, aut culpa, dolove ejus factum sit, quo minus tale quid haberetur *l. 23. §. 9. l. 24. l. 21. §. 2. h. r. Donell. 13. Comment. c. 3. Mejer. all. loc. 1b. 29.* cujus respectu cavere etiam debet venditor, se nihil dolò malò fecisse, quo deterior aut evictioni obnoxia res fieret, item si quid ad ipsum occasione istius rei redhibendæ pervenerit, se restitutum *l. 21. §. 1. & seqq. l. 22. l. 24. l. 30. pr. h. r. Donell. all. loc. Alibuf. Dicoeolog. l. 1. c. 75. n. 14.* sequè si forsitan mancipium redhibendum in fuga sit, curaturum ut sistatur *d. l. 21. §. ult.* quod ad equum, qui in fuga est, accommodat *Rovenstr. c. ult. n. 13.*



Th. XXV. Venditor autem emptori debet prestare
(1) id, quod accepit cum omni causa i. e. pretium cum usuris, & omni damno, quod emptori accidit ex ea re l. 1. C. b. t. l. 23. §. 1. 7. §. l. 27. §. 29. §. 2. l. 27. d. t. Wesenb. ibid. n. 7. Donnell. 13. comment: c. 3. Et si venditor rei vitia sciverit, prestabit id, quod interest emptoris pretio non caruisse *all. text: junct. l. 1. C. cod. Gl. 13. ff. de act. empt.* (2) Id quod rei venditæ causa ex voluntate venditoris vel de consuetudine more vel loci erogatum e. g. Symposium mediatorum, vulgò, Weinkauff. arrham: Gottshel-ler / quo etiam pertinet donarium istud, equo vendito, famulis conferri solitum, Halsstergeld oder Zaumgeld / l. 11. §. 6. ff. de act. empt. l. 3. C. cod. Rovenstrunck. c. ult. n. 19. item quod vectigalis vel gabellæ nomine solutum & quod in curationem aut in iudicium rei venditæ causa susceptum, aliasvè, extra cibaria quæ à iudice non imputabuntur, impensum est, eaque omnia arbitrio iudicis consequetur emptor. l. 27. ibique Brunn. l. 29. §. ult. l. 31. pr. b. t. Ea autem quæ emptor proprio motu ex merâ liberalitate impendit non repetit. l. 27. ff. b. t. Caball: c. 2. n. 48. Rovenst. c. ult. n. 19. quia non debet id quod suo arbitrio dedit, à venditore exigere, quando quidem alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri l. 74. d. R. J. interim tamen sciendum, quod damna aut expensas non iudicio redhibitorio; sed per viam retentionis à venditore consequatur emptor, quippe qui cogendus non est, restituere rem etiam recepto pretio, nisi indemnis servetur a venditore d. l. 29 §. f. l. 31. pr. Oldend. class. 4. act. 2. pag. m. 410. Rovenstr. c. ult. n. 26.

Th. XXVI. Cùm utrinque & per omnia virtutè huius actionis, in integrum fiat restitutio, exinde patescit, quod post redhibitum fundum adversus emptorem exactio futuri vectigalis cesset. l. 49. b. t. & quod redhibitio pignus non liberet. l. 43. §. 8. b. Unde sequitur, si emptor pignori rem obligaverit, quod ex edicto l. 9. de alien. jud. mut. caus. rem liberare & redemptam, exhibere debeat. d. l. 43. Rovenstrunck. c. ult. n. 10. Quod si emptor non redhibiturus aliàs, creditorum fraudandorum causa, consilio cum venditore inito, redhibuerit, pignus manebit obli-

bligatum. l. 4 ff. quib. mod pig. vel hypoth. solv. junct. l. 7. eod. teneturque creditoribus venditor actione revocatoria Pauliana d. l. 43. §. 7. & 8. de adil. edict.

Th. XXVII. *Affinia* huic actioni sunt remedia, quibus aliquando contractus vel planè rescinditur vel in melius reformatur. Illuc pertinebit actio ex empto l. 11. §. 3. de act. empt. l. 1. §. 9. in fin. vid. th. 17 Struv. th. 12. b. t. Ex stipulatu l. 19. §. 2. l. 31. §. 20. l. 58 §. 1. b. t. Ob dolum l. 5. C. de rescind. vend. junct. l. 37. de dol. mal. Ob metum l. 1. §. 8 C. de rescind. vend. Condictio ex lege, ob lesionem ultra dimidium l. 2. C. eod. Actio, ob pactum de retro vendendo adjectum l. 12. ff. de prescript. verb. l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. c. 5. X. de empt. vend. Actio in factum perpetua arg. l. 35. de O. & A. ad pretium repetendum, etiam non adfuerit justa redhibitionis causa, nempe morbus, tùm enim non quæritur, an mancipium in causa redhibitionis fuerit, sed hoc tantùm, an sit redhibitum, quippe, quod iniquum sit, posteaquam venditor agnoverit recipiendo mancipium, tunc quæri, utrum debuerit redhiberi, an non debuerit. l. 31. §. 17. de adil. edict. Actio Æstimatoria seu quanto minoris, quâ quidem contractus totus non rescinditur; sed sibi reddi tantum de pretio emptor intra annum utilem i. e. à die scientiæ computandum petit, quanto minoris valuit, cùm emeretur. l. 18. §. l. 61. b. t. l. 19. §. f. §. l. 2. C. eod.

Th. XXVIII. Licet actio quanto minoris virtualiter includat Redhibitoriam, in casu, si agens tempore motæ actionis non omnia vitia sciverit, judex verò rem mihi planè inutilem incidenter videat, sive tale vitium in homine aut jumento sit, ut ob id eum emptor non empturus fuisset, ita enim non obstabit exceptio rei judicæ, si prius de uno vitio egerit, majori enim vitio compertò, rectè iterum aget, quia hic incidenter emergit redhibitionis necessitas arg. l. 1. §. 2. b. t. junct. l. 43 §. 6. eod. Caball. r. 3. n. 11. Balthas. d. ref. 4. n. 27. Concurrunt tamen hæ actiones aliàs electivè i. e. ut se invicem tollant per electionem unius l. 25. §. 1. ff. de except. rei judic. hinc ubi prius egit Redhibitoria, non est concedenda ipsi Æstimatoria, vel contra, ne bis ejusdem rei æstima-

æstimationem consequatur *d. l. 25. §. 1. cum agens eo tempore omnia vitia scivit & primitus in ejus potestate fuerit quâ actione agere vellet, arg. l. 14. §. 9. de edil. edit.* Sed actione quanto minoris sapius agere possum ob diversa vitia, ut tamen emptor lucrum non habeat. *l. 32. §. 1. de evict. l. 57. de R. J.*

Th. XXIX. Cessat tandem (ut paucis *contraria* etiam perstringamus) actio Redhibitoria. Si (1) unum desit ex requisitis allegandis & probandis v. g. si res sit vilis, vitium tempore venditionis perspicuum, vel si res redhibenda non sit amplius integra *l. 47. §. 60. ibique DD. b. t. quare si emptor rem alienavit, consumpsit, aut suo facto effecit, ut reddere non possit, evanescit redhibitoria actio Mev. p. 4. dec. 34. junct. p. 3. decis. 192. uti & illò casu, si ædes emptæ in aliam formam transmutatæ sunt v. g. stabulum, horreum, Carpzov. p. 3. decis. 222. multò ergò minus datur hæc actio quando emptor, vitiò compertò, partem pretii solvit & pro reliquo, suppositis pignoribus, satisfacit, ex quo factò expressus elicitur consensus Mev. p. 4. dec. 50.*

Th. XXX. Destruitur (2) præscriptione sive lapsu temporis quoque hæc actio: Tempus autem illud vel ab ipsis contrahentibus vel à lege præfinitum est. *Rovestrunk. c. 8. n. 1. Tempus quòd à contrahentibus præfinitum est, à voluntate eorum dependet, & pro eorum, arbitrio aliquando modicum, aliquando longum esse potest. l. 4. C. de edil. act. Althus. Dicoolog. l. 1. c. 75. n. 16. Contractus siquidem à conventionem legem accipiunt l. 23. 34. de R. J. l. 1. §. si conveniatur ff. de pos. l. 51. de V. O. l. 10. C. de pact. c. contra Eius de R. I. in 6. Si autem de declaratione redhibitionis quidem, non autem de tempore convenerit, e. g. si vendo quid hoc pacto, ut si displicuerit, mihi reddatur, sexaginta dies utiles emptori competunt. l. 31. §. 22. b. t. Donell. lib. 17. comm. c. 8. Quibus præteritis non aliter dabitur hæc actio, nisi in mora fuerit venditor aut absens, aut alia justa causa intercesserit, quo minus redhibitio intra præfinitum tempus fieri potuerit. d. l. 31. §. 23. b. t. Rovestrunk. d. loc. n. 7. A lege tempus redhibitionis, vitiosi, vel morbofi jumentis, aut promissi circa ea non præfiniti, regulariter est*

est sex mensium. *l. 25. §. 1. de except. rei jud. l. 2. C. de adil. ad.*
ex die contractus, aut si post venditionis diem promissum quid
sit ex tempore promissionis, si scilicet scientia cum tempore contra-
ctus vel promissionis concurrat *l. 55. h. t. computandorum l. 9. §.*
ult. ibique gloss. h. t. Coll Argent. hic th. 28. alias si latens & valde
occultum est vitium tempus currit à die scientiæ. *Caball. d. c. 2. n. 32.*
unde dies hic subaudiuntur utiles *d. l. 19. §. 6. l. 55. eod.* non
tantum ratione initii ac ingressus & idè non currunt igno-
ranti, nisi ignorantia sit supina *gloss. & Bald in l. 2. C. h. t.* ve-
rùm etiam ratione progressus, qui non currunt, nisi diebus, quibus
Prætoris adeundi & experiundi potestas est. *l. 2. §. dies si quis*
Ord. in bon. poss. serv. Caball. c. 2. n. 30. Oldendorp. class. 4. act. 2.
n. 9. De ornamentis quidem restituendis jumentisque orna-
mentorum causa redhibendis facultas agendi ad LX. dies ab Æ-
dilibus restricta est. E. g. si Equus propter Ephippium vel pla-
nè non præstitum, vel malè præstitum, adeoque principale,
propter accessorium redditur *l. 38. pr. de adil. edict.* Si tamen
emptor nolit redhibere sed lubentius ad ornamenta velit agere
potest perpetuò agere *l. 2. C. de confit. pecun. Caball. c. 2. n. 39.*
Similiter si quis ob id, quod ob vitium aliquod suspecta res sit, em-
ptori petitam cautionem deneget, redhibitio, saltem ad duos men-
ses durat. *l. 28. ubi gloss. h. t.* Non autem cessat redhibitio quan-
tumvis res in publico mercatu (aussi freyen Markt) vendita &
tradita sit *Rovenstrunck. c. 2. n. 8.* ubi rectè decidit quod talis
consuetudo ut irrationabilis legibusque tum naturalibus tum
divinis respugnans introduci nequeat. Quinimo ubi forsan
de facto introducta sit, à Magistratù ab rogari
debeat. *d. l. n. 16.*

SOLI DEO GLORIA.





ULB Halle
005 132 886

3



V017



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

24

De
ACTIONE
REDHIBITORIA,

Quam,
DIVINI NUMINIS ANNUENTE GRA-
TIA in illustri Varniaca,
DECRETO & AUTHORITY MAGNIFICI
RECTORUM ORDINIS
PÆSIDE.

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLEN-
TISSIMO & CONSULTISSIMO
DN. GEORGIO RADOVIO,
J. U. Doctore & Profefs. Publ. Nobilissimo-
rum statuum, Ducatus Mecklenburgici, Syndico
meritissimo, & Facultatis Juridicæ DECANO spectabili
Dno. Promotore & Præceptore plurimum
colendo

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores impetrandi
publicæ disquisitioni subjicit

CONRAD RAHNE, Rostochiensis,
In Auditorio Majori

ad diem 9. Septemb. horis ante & pomeridianis

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Univerſitat. Typogr. Anno 16

